



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 24. Lucubrationes & mors quorundam Scriptorum A catholicorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. milias in plura capita Prophetæ Jeremiæ, tractatum de statu mundi post A. C. 1713. judicium ultimum, & de scandalo, quod etiam in regulatissimis monasteriis oriri potest, conscripsit. Attribuitur eidem quoque legenda Martyrum quinque priorum sæculorum, præter Necrologium Monachorum Trappensis. II. Franciscus Desmarais Gallicæ reddidit exercitium Perfectionis Christianæ, scripsitque Panegyri Ludovici XIV. Franciæ Regis, descriptionem monumenti in Regis gloriam erecti, & librum utrumque de divinatione: Edidit etiam Historica de diffidio inter Curias Romanam, & Gallicam propter Corsos. III. Claudius Chastellanus Canonicus Parisiensis, qui Martyrologium prolixis annotationibus illustravit, & Martyrologium Romanum cum additionibus Sanctorum Galliæ, aliorumque Gallicæ reddidit; elucubravit etiam Vocabularium hagiologicum, suamque operam contulit ad editionem Gallici Breviarii emendati.

§. XXIV.

*Lucubrationes & mors quorundam
Scriptorum A catholicorum.*

His adjungimus ex Scriptoribus A catholicis nonnullos, ex quibus cõ-

lami intemperantia, & fanaticis in-
genii deliriis potius quam eruditionis
soliditate clarior erat Petrus Jurieus,
qui stolidam imaginatione deceptus, Cal-
vinistas in Franciæ Regnum revocan-
dos esse, Catholicam vero Ecclesiam
ævo suo & præcise aliquot annis ante
ultimi sæculi finem extinguendam, ac
denique Regnum Christi anno hujus
sæculi decimo quinto inchoandum præ-
fidenter præfagire præsumpserat: il-
lum in tam absorta corruptæ Phanta-
siæ deliria prolapsus esse, haud mira-
mur, oppido tamen mirum est, quod
ex suis non pauci, qui ceteris pruden-
tiores videri amant, hujus vaticini-
i spe delusi, effigiem fanatici, falsique
hujus Prophetæ numismati cum *Pro-*
phetæ elogio impressam publicare, suam-
que superstitionem Orbi publicam red-
dere non erubuerint. Edidit vero Sy-
nopsin Historiæ Concilii Tridentini, con-
tinationem præservativi contra Re-
ligionis mutationem, Justificationem
Doctrinæ Calvinianæ contra Arnaldum,
Legitima præjudicia contra Papismum,
complementum Prophetiarum, ejus-
que apologiam: Verum Systema Ec-
clesiæ, judicium de rigida & relaxata
explicandi methodo, de providentia
& gratia, de pace inter Protestantes
ineunda consultationem, tractatum de

Sæc. XVIII.
A. C. 1713.

Sæc. XVIII. natura & gratia, & de veritate Ecclesiae. Ideam Socinianismi. Examen Libelli, *Monita ad exules Calvinistas*, apologiam ad Pastores Batavos, religionem latitudinariam, Historiam cultus & dogmatum apud Judæos, Spiritum Arnaldi, & plura alia. II. Guilielmus Cave, elucubravit Antiquitates Apostolicas, Historiam primorum Patrum, primitivam Christianitatem, Historiam Literariam Scriptorum Ecclesiasticorum. & Chartophylacem Ecclesiasticam. III. Zacharias Grapius publici juris fecit Theologiam recens controversiam, Historiam literariam Alcorani, Ahmet Ben Abdallæ epistolam de articulis quibusdam fidei, oratorem Ecclesiasticum & alia nonnulla. IV. Joannes Samuel Adami prælo subjecit delicias Evangelico - Emblematicas, Delicias Biblicas, Evangelicas & Passionales, Epistolicas, & alia exegetica.

§. XXV.

Gallicani Conventus acta pro acceptanda Pontificis Constitutione.

Proces Verbal de l'Assemblée des Card. Arch. &c. Interim Rohanius Cardinalis Deputatorum Præses exposuit, quod Noalius Cardinalis omnino postularet. Ut adhibitis explicationibus veritates, quas Constitutio Pontificia impugnare videtur